menſis. et tamen ille menſe
erant pauperuꝫ ⁊ viduarum
vt oſtenderent ꝙ predicatio
verbi ad homines conuertē-
dos preualet operibus miſe
ricordie corporalibus. Act.
vj. Quia eunuchus audiuit
verbum dei a philippo cōuer
ſus ⁊ baptizatus eſt. Actuū
viij. Predicatio petri ⁊ āmo
nitio angeli cornelium con-
uerterunt. Actuuꝫ. x. Lidda
purpuraria ad predicationē
pauli eſt conuerſa. Act. xvj.
Paulo loquente de reſurre-
ctione mortuorū dyoniſius
archiopagita credidit. Act.
xvij. Audire verbum dei
nolunt mali ⁊ incorrigibiles
ne conuertant. ideo dixit do
mino moyſes. filij iſrael me
non audiūt. ⁊ quomodo au
diet me pharao. Exo. ſexto.
Rex achab noluit audire mi
cheam. quia non ꝓphetauit
ei niſi malum ſicut ipſe me-
rebat habere. iij. Regū. xxij.
Dixit dn̄s ezechieli Dom⁹
iſrael nolunt audire te. quia
nolunt audire me qꝛ domus
exaſperans eſt. Ezechiel. iij.
Judei obturauerunt aures
ſuas vt nō audirent ſtepha-
num. et audientes diſſeca-
bātur in cordibus ſuis. Ac-
tuuꝫ ſeptimo. Cū audiſſent
quidam paulum dicentem
de reſurrectione mortuorum
irridebant eum. Actuum de
cimoſeptimo cap̄.

De auiditate mulierum.

Auide ſunt mulieres ad

- Vetitoruꝫ ꝑpetrationem.
- Filiorum ꝓpagationem.
- Peritorum proſperationem
- Sublimorum cumulationem.
- Secretorum reuelationem
- Inimicorum vindicationē
- Gaudiorum enarrationeꝫ.

Auide ſunt mulieres
ſemꝑ ꝺ ſibi ꝓhibitis
⁊ amplius deſiderāt
vetita. ideo prima mulier de
conceſſis fructib⁹ comediſſe
non legit᷑ nec eorum deſide-
raſſe. ſed ſolum vetitum cō-
cupiuit ⁊ viro ſuo attulit ad
comedendum. Geñ. tercio.
Uxor loth voluit contra ꝓ-
hibitionem poſt terguꝫ reſpi
cere ⁊ verſa eſt in ſtatuā ſalis
Geñ. xix. Dina contra licen
tiam patris ⁊ fratruꝫ voluit
videre mulieres regionis et
oppreſſa eſt a ſichē. Quid ꝗ
de illis qui volunt videre vi
ros ⁊ videri ab ipſis. Geñ.
xxxiiij Domina cui ſeruiebat
ioſeph. quia ſciebat adulte-
riuꝫ a naturali lege ꝓhibitū
auide ſollicitabat ioſeph ad
peccandum. Geneſis. xxxix.
Auide ſunt mulieres ha
bere filios vt careant ſterili-
tatis opprobrio. Ideo ſara
deſiderabat filios ꝙ potius
voluit abrahaꝫ habere filios
de ancilla ꝙ̄ non habere. cre-
dens de ſe nunꝙ̄ poſſe filios
generari Geneſis. xvj. Filie
loth potius voluerūt habere
filios de patre ꝓprio ꝙ̄ non
habere. Geñ. xix. Rachel vi
dens ſororem fecundā dixit
marito. Da mihi liberos ali
oquin moriar Geneſis. xxx.
Anna deſiderio habendi fili
os flebat ⁊ nō capiebat cibū
j. Regum. j. Multum deſi-
derabat illa mulier habere fi
lium ꝓprium que rapuerat
alienum. iij. Regum. tercio.
Auide ſunt mulieres de
ꝓfectibus et ꝓſperitatibus
filiorū. ideo mulier ſunami-
tis voluit ire ad heliſeum ꝓ
ſuſcitatione filij ſui. ꝙ̄uis ei
vir plenam poteſtatem non
conceſſiſſet. iiij. Regum. iiij.
Uxor thobie quotidie ꝓſpi
ciebat viam vt videret filiū
ſuū ꝓſpere venientē. Thobie
x. Mulier chananea ſic fer-
uide deſiderabat filie ſue ſa-
nationem ꝙ dominum plu-
ries ꝓ ea rogabat plura ob-
probria ſuſtinens non deſti-
tit donec quod petierat impe
traret. Mathei decimoquīto.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Mater filioꝝ zebedei ſic aui
da fuit ꝑ ꝓſperitate filioꝝ.
ita vt acceſſit ad ihesum ⁊ pe/
tiuit filios ante laborem re/
munerari Mathei.xx. Aui/
uide ſunt mulieres habere poſ/
ſeſſiones ⁊ gloriam. Ideo axa
filia caleph obtinuit terram
irriguam quia ſuſpirans af/
fectuoſe poſtulauit. Joſue.
xv. Ita ꝯcupiuit iezabel vi/
neam naboth ꝙ fecit eum in/
iuſte lapidari.iiij. Regū.xxj.
Athalia ꝯcupiſcens gloriam
⁊ regnum. omne ſemē regiū
occidi iuſſit. excepto ioas q̇
abſconſus remanſit.iiij.Re
gum.xj. Auide ſunt muli
eres ſcire ſecreta virorum. et
quāto magis eis occultant̃
tanto āplius ſcire deſiderāt.
ſed nullum ſecretum ꝯtinēt
vnde vxor ſampſonis tantū
inſtetit ꝙ ei ſampſon reuela
uit ſecretum ⁊ ꝓpoſitionem
obſcuram quam parentibus
noluit reuelare. ſed vxori po
ſtea reuelauit. Judicū.xiiij.
Dalila ſua importūitate de/
uicit ſampſonem vt ſecretum
ſue fortitudinis ei panderet
quod poſtea philiſteis reue/
lauit. Judicū.xvj. Auide
ſunt mulieres ad vindictam
⁊ non parcunt niſi vlciſcant̃
ſe bene. Heſter nō fuit ꝯtēta
in vindicta aman ſuſpenſi ⁊
quingentoꝝ viroꝝ occiſoꝝ.
ſed in craſtinū fecit ceteros
trucidare Heſter.ix. Hero/
dias ſic deſiderauit vindictā
de iohanne que dixerat corā
eo. ꝙ magis elegit petere ca
put iohannis q̄ dimidium
regni ſui Mar.vj. dixit xp̄s
exemplū de vidua que mul
tum fuit moleſta iudici vt eā
de aduerſario vīdicaret. Lu.
xviij. Auide ſunt mulie/
res ſecreta gaudia ſui cordis
exprimere et alijs reuelare.
Unde interrogata rebecca ſi
vellet ire cum ſeruo abraham
ad yſaac. marito ſuo leticiam
volens oſtendere. non dixit.
ſi placet vobis. ſed letāter di
xit. vadam. Geneſis.xxiiij.
Puella nomine rode petro
venienti de vinculis pre gau
dio non aperuit ianuam. ſed

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄ petrus adeſſet letāter intra latentib9 nūciauit Actu. xij.

De baptiſmate.

	Demōſtrat9 in figuris.
Baptiſmus xp̄ianoꝝ eſt	Prophetat9 in ſcripturis
	Roboratus chriſti curis.

Aptiſm9 figuratus fuit in figuris antique legis. Nam figuratus eſt p mare rubrum in quo filij iſrl' liberati ſunt. id eſt chriſtiani. et pharao. i. dyabolus cum ſuis ſequacibus ē ſubmerſus Exo. xiiij. Idō apoſtolus dicebat quō patres noſtri ōnes ſub nube fuerunt ⁊ mare tranſierunt ⁊ baptizati ſunt in mari. j. Corinth. x. Per aquam in quā miſit heliſeus ſalem. i. xp̄us gratiam vt eius ſterilitas ſanaretur. iiij. Regum. ij. Septena lotio naaman ī iordāe que eum mundauit a lepra. ſignat ſeptē dona ſpūſſancti mundātia hoīem baptizatū. iiij. Reg. v. Baptiſmus ꝓphetatus fuit ⁊ eſt in ſcripturis dictus ab ātiquis ꝓphetis ⁊ nouis. Nam de eo ꝓphetizauit ezechiel. Effundam ſup vos aquam mūdā ⁊ mundabimini ab omnib9 inquinamētis Ezech. xxxvj Johānes baptiſta eximius ꝓphetarum ꝓphetauit ⁊ predicauit baptiſmuz ⁊ incepit eum ⁊ xp̄i baptiſmū ꝓphetice nūciauit. Math. iij. Mar. j Luce. iij. Itez Iſaias. Haurietis aq̄s in gaudio de fontibus ſaluatoris. Iſaie. xij.

Baptiſmū conſecrauit ⁊ approbauit chriſtus quādo baptizatus eſt a iohanne. et ſpūſſanctus apparuit in ſpecie columbe. vt aquis virtutem tribueret ſalutarez. Mathei. iij. Precepit chriſt9 baptiſmum fieri de neceſſitate cuz dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto. non intrabit in regnuz celorum. Johā. iij. Predicari etiam voluit chriſtus baptiſmum ⁊ formam baptizādi